



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

190. Fer. 2. de malitia meccati mortalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

336 FERIA 2. DOMIN. 3. post Pentecost.

MEDITATIO CXC.

FERIA 2. DOMIN. 3. post Pentecost.

De malitia peccati mortalis.

Intuebor quandam abyssum tenebrarum
horribilium exteriorum. Petam intelligere
malitiam peccati.

Conf. 1. Peccatum esse actionem liberam
debitâ rectitudine carentem, quâ quis legem
se obligantem, ac obstringentem transgredi-
tur, & quidem mortale eò usque rectæ ratio-
ni ac divinæ legi adversatur, ut vitam spiri-
tualem eripiat, & mortem afferat animæ pec-
canti: *Stipendia enim peccati Mors.* Ad Rom. 6.

Conf. 2. Quomodo hoc malum universa
mala in summo gradu contineat. Malum est
Paupertas, majus malum peccatum lethale,
quod animam omnibus donis spiritualibus
spoliat, subinde solâ Fide, & Spē relictâ. Ma-
lum est dolor, majus peccatum lethale, *ingre-*
ditur blandè, sed in novissimo mordebit sicut co-
luber, & sicut Regulus venena diffundet. Prov.
23. Malum est servitus, sed majus peccatum
lethale, quia eo servitur affectibus, vilissimis
ancillis, & dæmoni vilissimo hero. Malum
est infamia, sed peccatum lethale est infamia
gravior, quæ per omnium ora volitabit, & in
novissimo die in illo Orbis theatro omnibus
hominibus palàm fiet. Malum est morbus: *sed*

Feria 2. Dom. 3. post Pentecost. 337

sed peccatū lethale talis est ægritudo, quam nulla vis naturæ sanat. Malum est Mors, sed peccatum lethale Mors est, quæ animam occidit, & à Deo vita ejus separat.

Conf. 3. Parum dixit, qui dixit: Quasi à facie colubri fuge peccatum; dicere debebat magis, quàm à paupertate, dolore, servitute, infamia, morbo, morte. Magnum necesse est esse malum, quod Christum ad lamenta coëgit; ideo turbavit semetipsum Christus, ut significaret tibi, quomodo turbari tu debeas, cum tantà mole peccati gravaris. Ait D. August. 11. 49. in Joann. Ingens debet esse malum, quod ipsum Deum exacerbat: Exacerbavit Dominum peccator. Psal. 9. Multa bona mihi fecit Deus; Vita gratiæ mihi data confirmat sanguine Filij Dei; propter quod eorum Deum exacerbavit? Recurram ad eum, qui peccatum non fecit. 1. Petri 2.

MEDITATIO CXCI.

Feria 3. Domin. 3. post Pentecost.

De fœditate peccati mortalis.

Aspiciam drachmam amissam in fœdo luto conculcatam, Petam agnoscere fœditatem peccati.

Conf. 3. Deformitatem peccati posse nosci ex opposita animæ pulchritudine. Ex homine caput deorsum habente, & omnibus
P **m** **e** **m** **b** **r** **i** **s**